

torum absolutionem. § [5] N. episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio N. Romanorum regi^g vel^g imperatori augusto salutem et apostolicam benedictionem. Salutatio^h imperatoris ad papam^h. § [6] Domno N. summo pontifici N. dei gratia Romanorum imperator augustus obedientiam et dilectionem in Christo velut filius patri. § [7] N. dei gratia Romanorum rex consulibus, senatui, populo Romano, maioribus et minoribus gratiam suam cum bona voluntate. § [8] N. dei gratia rex clero populoque Romano, maioribus et minoribus, gratiæ suæ et optimæ voluntatis sincerissimum affectum. § [9] N. dei gratia Romanorum imperator augustus N. reginæ Anglorum salutem et omne bonum. § [10] N. imperatori N. dei gratia rex Anglorum intimo suo dilectionem et veram amicitiam. § [11] N. matri suæ N. dei gratia rex ex toto corde dilectionem et quicquidⁱ est melius et ultra. § [12] N. non usurpative, sed pia dei ordinatione rex N. iam non apostolico, sed falso monacho. § [13] Specialis reverentiæ patri N. primæ sedis antistiti N. Mogontinus id, quod est dei gratia, quod patri filius, quod prelato subiectus. § [14] Apostolico sacerdoti et universali pape N. speculator Moguntinæ ecclesiæ debitam ut patri reverentiam et promptam ut tanto pastori obedientiam. § [15] Reverentissimo patri et sanctissimo primæ sedis antistiti debitam ut summo sacerdoti subiectionem et sedulam ut tanto patri devotionem. § [16] Domino beatissimo et vere apostolici culminis honore reverendo debite subiectionis reverentiam et omnimodæ servitutis obsequiam^l. § [17] Domno venerabili et patri in Christo amabili N. id, quod est dei gratia, obedientiæ subiectionem et sedulam obsequii devotionem. § [18] Patri patrum, apostolico et universali papæ N. quicquid filius patri, quicquid membrum capiti. § [19] Id, quod est dei gratia, sanctæ apostolicæ sedis archidiacono et archicancellario salutem et integram^k dilectionis unitatem^k. § [20] Summo et universali papæ debite subiectionis reverentiam et omnimodæ servitutis exhibitionem. § [21] Sancto patrum patri et summo presulum presuli. § [22] Reverentissimo patri^l sacerdotio primæ sedis apostolicæ infulato sedulam benivolentiæ servitutem et debitam obedientiæ subiectionem. § [23] Reverentissimo sacrosanctæ apostolicæ sedis gubernatori N. cum singulari servitutis devotione unicam in omnibus obedientiam. § [24] Domino apostolico prerogativa meritorum et morum sanctitate Romanæ sedis apice condigne sublimato N. dei gratia Babenbergensis electus cum omni subiectione spiritus orationes devotissimas et servi-

g) *fehlt* CU

h-h) Salutatio regis vel imperatoris ad papam et ad Romanos CU

i) si quid CU

j) obsequelam CU

k-k) d. i. veritatem CU

l) patri

et CU